



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCXXX. Heinrich, Bischof von Verden, gewährt dem Kalande zu Salzwedel
eine Ablass, am 16. August 1376.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CCXXIX. Der Probst des heil. Geistklosters bei Salzwedel spricht im Auftrage des Bischofes von Verden einige Bürger Salzwedels von der Excommunication frei, am 16. Februar 1375.

Nouerint vniuersi, ad quos presentes pervenerint, quod Nos thomas, Prepositus Canonico-regularium Monasterii sancti Spiritus extra muros civitatis Soltwedel, discretos viros Coppe Brunow, Köne Brewitz, Thidericum Gartze, Fredericum Krichellendorpe, nec non Cunradum fratrem ejus, ciues civitatis predictae, excommunicatos causa Spolii, ad instantiam discreti viri, Domini Hermannii Rectoris Parochialis ecclesie in Crummafele, de mandato venerabilis in Christo patris ac domini, domini Hinrici, Verdenfis ecclesie episcopi, autoritate nobis in hac parte commissa, absolvimus per manus impositionem a sententia excommunicationis, lata contra eosdem, injuncta sibi penitentia pro modo culpe salutari. Presentibus discretis viris, Domino Bertoldo Vicken, Vicko Rademyn, nec non pluribus fide dignis. In cuius evidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum. Anno Domini MCCCLXXV, die beate virginis Juliane.

Nach dem Originale des Salz. Archives XXXV, 32.

CCXXX. Heinrich, Bischof von Verden, gewährt dem Kalande zu Salzwedel einen Ablass, am 16. August 1376.

Hinricus, dei gratia Episcopus Verdenfis, universis Christi fidelibus et specialiter in oppido Soltwedele, nostre diocesis, constitutis salutem et fructuosam in domino caritatem. Ex parte fratrum Kalendarum Beate Marie virginis in dicto oppido Saltwedele oblata nobis petitio continebat, quatenus cum ipsi de eorum fraternitate pauperes peregrinos clericos recolligere et eos infirmantes reficere ac eorum decedentium fratrumque ipsius fraternitatis singulis annis aliquotiens memoriam agere et alia misericordie opera conceperint exercere, nos hujusmodi fraternitatem tamque bonam laudabilem et deuotam nostra ordinaria auctoritate approbare et confirmare dignemur. Nos igitur existimantes deo nos gratum exhibere obsequium, si ea, que ad misericordie opera extendere tendunt dirigimus et totiens nos mer quotiens ad eorum exercitum Christi fidelium animos excitamus, fraternitatem ipsam tamque deificam salubrem a radice caritatis procedentem ac eterne vite laudamus, approbamus et dicta nostra auctoritate confirmamus, Dotantes etiam eandem nostrarum indulgentiarum muneribus allectiuis. Quocirca omnes et singulos Christi fideles hortamur in domino, ut de bonis a Deo sibi collatis ad hujusmodi pietatis opera grata subsidia et elemosynas studeant erogare et divinum officium, quod dictorum fratrum congregatione forsan celebrabitur, deuota frequentatione venerari. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus ac nostra memorata auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad hec manus porrexerint adjutrices aut qui eorum solemnitatibus seu congregationi in vigiliis et missis interfuerint, cuilibet totiens quotiens id fecerint, de vigiliis et de quolibet missa, que per quempiam dictorum fratrum tunc cantabitur vel legetur, XL dies indulgentiarum

de injunctis eis penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Actum et Datum Luneburch, Anno M^o. CCC^o. LXXVI^o., in crastino assumptionis beate Marie virginis, sub nostro sigillo presentibus impenso, in testimonium premissorum.

Gersden's Fragm. V, 35, 36.

CCXXXI. Johann Tebelke, Pfarrer in Kusten, bekennet, von einigen Salzwedelschen Bürgern wegen des von ihnen verübten Spoliums befriedigt zu sein, am 13. Juni 1377.

Ego Johannes, dictus tebelke, Rector ecclesie in kusten, Recognosco presentium tenore protestando, quod super amicabili compositione, per abitros ordinata inter me et coppekium brunowen, conradum brewicze, ermbertum et quosdam alios ciues in soltwelede ratione cuiusdam litis et controuersie, mote inter nos occasione spolij et violencie mihi et ecclesie mee facte, dominus bertoldus antique ciuitatis et tidericus stolteman, noue soltwedel consulum notarii, XXV marcas lubicenses mihi in domo nycolai bungken in luchowe integraliter persoluerunt, alias persoluendas in ciuitate lubicensi, prout in instrumento, super hujusmodi compositione facienda super prononciationem arbitrorum conscripto, plenius continetur, vnde dicte pecunie persolutionem mihi factam ratam tenens predictos ciues et alios ciues in causam ciuitatis soltwedel liberos ab infestatione et impetitione facta uel facienda ratione hujusmodi spolij et violencia dimitto, nec uolo huiusmodi causam amplius luscitare quouis modo. Et ego nicolaus bungken, opidanus in luchowe, bona fide promitto vna cum predicto domino Johanne omnia premissa firma inuolabiliter obseruari. In euidentis testimonium et robur premissorum sigillum utriusque nostrum presentibus est appensum. Datum Anno domini M^o. CCC^o. LXXVII^o., Sabbato ante diem sancti vitij, presentibus discretis uiris hermanno wolter et hinrico sculteti, opidanis in luchowe testibus ad premissa.

Nach dem Originale im Archive der Stadt Salzwedel, Fach 21, No 27.

CCXXXII. Bischof Heinrich von Verden genehmigt die Dotation des Altars Simonis und Juda in der Katharinenkirche zu Salzwedel, am 12. Januar 1378.

Hinricus, dei et apostolice sedis gratia Episcopus verdenfis, vniuersis et singulis presentem cartulam uisuris seu auditoris Salutem in domino caritatem. Ea que ad laudem omnipotentis dei et cultus eius augmentum provide defacto nouimus, ut firma et stabilia maneant, nostre pontificalis autoritatis presidio quod expedit communimus. Igitur erectionem et fundationem altaris Symonis et iude in ecclesia beate katherine virginis noui opidi Soltwedel et dotationem eiusdem cum bonis infrascriptis uidelicet in villa Ctzerowe II choros siliginis ab omnibus villanis ibidem de quinque mansis annuatim erogandos, in villa ricze III choros siliginis cum dimidia marca brandenb. argenti ex curia henninck drewes annuatim erogandos, VIII sol. perpetui census